

absq; speciali mandato superiorū. peccauit mortalit̄  
¶ Si fecit torneamentum vel fieri fecit. vel aliud  
spectaculum. vbi sit piculū vite. peccauit mortalit̄  
¶ Si testificatus est iniuste vel false cōtra aliquē  
qđ est mortale. ¶ Si libera cōem alic⁹ cōdepnna  
tū impedit. vel de morte euadentem. cepit ⁊ re  
dūxit. ¶ Si neglerit a morte aliquem liberaē cū  
posset. ¶ Si iadū lapidis vel baliste ⁊ huiusmōi  
confuluūt vel fecit. ex quo mors secuta est. ¶ Si  
suasit alicui ciuitatem aut castra capere. aut alit̄  
guerram facere. ⁊ inde mors secuta est. ¶ Si vene  
num mulieri pregnāti vel alteri dedit. vel si viro  
vel mulieri ob amorem aliquid ad manducandū  
dedit ex quo mors secuta est. ¶ Si tempōe famis  
proximos suos occidit. eis victualia denegando  
⁊ occultando. cū habēt supflua. vel alio tpe posi  
tos in nēcitate extrema ¶ Si detinuit p̄ciū paupe  
rum psonarum. videndo eas positas in extremo  
¶ Si seduxit aliquem ad p̄c̄m mortale faciendū  
per se vel per alium pro se vel pro aliō. ¶ Si ma  
lo exemplo aīas occidit verbis sc; gestib; . et va  
nitatibus et huiusmodi. *¶ cum* 18.

¶ De sexto precepto scilicet Non mechaberis /

**S**Cias primo qđ Lururia que committit̄  
extra mīmōmū semp facit mortalit̄ pec  
catum. in omnibus sp̄ib; suis. que hic  
oēs ponuntur. ⁊ ergo distincte oportet confiteri

et interrogari. si ex se confitens non dicit. **N**ullo modo tñ de oibus hijs est interrogandū. ne quis discat pccm quod p̄us nesciuit. Sed prout conuenit p̄sonis que confitentur. Et cum hētur aliq̄ spēs specialiter tñ vltimaz nō est sēp vltra descēdendum ad omēs circūstantias p̄ticulares non necēarias. Et ideo caute et honesto mō interrogā dum est de hmōi pccō. ¶ **P**rimo igit si cognouit solutus solutam: qđ fornicacō dicit̄. et interrogandū est. si fuit mētrix. vel serua sua vel vidua et si eam ad hoc induxit. ¶ **S**i tenuit cōcubinam et quāto tpe: quia vltra fornicacōem est ibi scandalū primorum. quia publicā facit fornicacōem. ¶ **S**i virginem defloāuit ex m̄rimoniū. quod dicit̄ stuprum: et si seduxit eam. p̄mittēdo eā velle ducere in vxorem. cogendus est in foro conscie. vel ducere eam. vel dotaē si pōt. Inuriatus est etiā p̄ntibus illius in hoc. si nesciuerunt. ¶ **S**i cognouit vxorem alterius. vel ipse vxoratus cognouit solutam: quod adulterium dicit̄ et ē duplex adulterium si vsq; sit i m̄rimonio legitimo constitut⁹. ¶ **S**i intulit violentiam alicui. qđ dicitur rapt⁹. et si etiam cōn volūtate parentū suorū hoc facit ḡuius peccat. si fuerit talis rapta nupta. vel virgo vel monialis. adhuc ḡuius. ¶ **S**i cognouit cōsanguineam suā. vel vxoris sue vsq; ad quātū gradum cōsanguinitatis vel affinitatis inclusue

quod dicitur incestus. **I**dem de muliere. q̄ simili mō  
pmitūt se cognoscī a consaguīneo viri sui. **I**dem  
**S**i pater cognouit filiā adoptiuā. aut filiā adop  
tūe filie. aut vxorem vel filiā filij adoptiui. **A**ut  
etiā si filius adoptiuus cognouit filiā naturalē  
aut vxorem adoptantis. que omnia faciūt incestū  
**S**i cognouit filiam suā scienter. quia tūc vl  
tra incestum quē commisit. non potest amplius a  
mīe debitum petere. **S**i cognouit monialē. vel  
hūtem professionem castitatis. scelus opatus ē  
a dicitur sacrilegiū. **I**dem si mulier cum clerico i sa  
cris ordinibus cōstituto. vel religioso. p̄ lato ordi  
nato a h̄mōi. **S**i coguit om̄em. vel quā tenu  
it ad baptismū. s. filiā suā spūalem. et d̄ ince  
stus. vel sacrilegiū. **I**dem de muliere cū cōp̄e. vel  
filio spūali a hūismōi. **S**i susceptus cognouit  
filiam suscipientis. vel vxorem eiusdem. etiā ince  
stum commisit. **S**imiliter fit de cōfirmacione. **S**i  
p̄ semetipsum vigilans voluntarie se polluit. vel  
manibus proprijs. vel alijs modis. quod d̄ mol  
licies. **S**i masculus operatus est turpitudinem  
cū masculo. vel femina cū feia. vel vir cū muliere  
extra vas debitū qd̄ dicitur Sodomiticū a ē gūissi  
mū oim. **S**i cū brutis opat̄ ē nephas. a cū qb̄  
qd̄ dicitur bestialitas. **S**i dieb; festiuis aliquod  
horū opatus est. quia magis ḡue. **E**t s̄m aliquos  
huiusmōi circumstācias necē ē cōfiteri. q̄ mutāt

filia  
mas  
filia  
mas

speciem peccati. qz si in ecclia vel loco sacro aliqđ  
horum comisit: vltra hoc quod fecit. operatus e  
etia sacrilegiu. a ob hoc gñi9 peccm ¶ De peccatis  
que comittuntur in coniugio a actib; inhonestis  
vel tactib; a osculis aut verbis a huiusmōi dicit  
infra c. de Lururia. *una* 191

¶ De vij. precepto vij. Non furtum facies.

**Q**uod primo de vsurpatione rei aliene que  
in hoc prohibetur precepto. Nota qz in  
omnib; infrascriptis spebus est peccm  
mortale. et tenetur ad restitutionem ei a quo est  
recepta res. qz si ille non inuenitur vel ignoratur  
paupibus erogetur. Et nota qz nō solum q acci  
pit. sed heredes etia eius tenetur. si tñ ad eos de  
bonis illis puentum sit. ¶ Si abstulit re alienaz  
occulte inuito dñoz: non solum ab extraneoz: sed  
etiam filius a pntib; vroz a viro. seruus a dño  
discipulus a mgro. socius a socio. consanguine9  
a cōsanguineo. quia semp furtum est. Et si fuerit  
notabile aliqđ damnū mōle est. a tenetur ad re  
stitutionem. Secus si quid minimū. ut fructus et  
huiusmōi. ¶ Si furatus est oues. agnos. oua a  
pulos. aut columbas. aut fructus agrorū. ¶ Si  
arando. vel alias culcānando furatus est alienam  
terram: quia tenet ad restitutionem totius damni  
¶ Si furantē dedit consiliū. aut modū furādi. aut  
aliquod auxiliū: qz tenetur insolidū. si pbabiliē